# SACROSANCTI,

# MAGNI, ET OECV-MENICI CONCILII EPHE-SINI PRIMI, ACTA OMNIA: THEO-DORI PELTANI Societatis IESV Theologi opera, nunc primùm latinitate donata, ac in ſex Tomos diſtributa.

*OPVS*

GRAVISSIMVM, ET ABSOLVTIS-SIMVM, QVODQVE HAC ÆTATE, QVA PRISCÆ hæreſes paſsim renaſcuntur, & nouæ ſubinde oboriuntur, ſtudioſè legatur, digniſsimum.

*ACCESSERVNT HIS, PRÆTER quatuor Indices, & quinque Appendices, in ſingula capita Periochæ, illuſtriorumq́; locorum obſeruationes.*

Quid porrò in quolibet Tomo contineatur, verſa indicat pagina.

*Ex ampliſsima Sereniſsimi Ducis Bauariæ Bibliotheca.*

CVM PONTIFICIO CAESAREOQVE PRIVILEGIO.

*INGOLSTADII*

EX TYPOGRAPHIA
DAVIDIS SARTORII.

*Anno M.D.LXXVI.*

BIBLIOT. UNIVERSITARIA SALAMANCA

## QVID SINGVLI TOMI COMPLECTANTVR.

TOMVS I. Quæ Synodum anteceſſerunt.

TOMVS II. Acta Concilij aduerſus Neſtorium, cuius cauſſa conuocatum fuerat.

TOMVS III. Schiſmaticorum, hæreticorúmque contra Oecumenicũ Cõciliũ machinationes, & fraudes.

TOMVS IIII. Geſta, & ſcripta Synodi contra Schiſmaticos.

TOMVS V. Quæ ad reconciliandas Eccleſias, & amicitiam inter Cyrillum & Ioannem Antiochenũ redintegrandam pertinent.

TOMVS VI. Orationes ſeu Conciones in Concilio, vel occaſione Concilij habitas.

*Singuli, primo ſecluſo, ſuas Appendices adiunctas habent.*

# ILLVSTRISSIMO SE-RENISSIMOQVE PRINCIPI, AC DOMINO, DOMINO ALBERTO, PALATINO Rheni, vtriusque Bauariæ Duci, &c. Patrono & Mecœnati benigniſſimo, Theodorus Peltanus Societatis Ieſu Theologus,

S. P. D.

*POST ædificatam ſemel Rempublic. Chriſtianam, Alberte Princeps, nulla vnquam ætas, nullum tempus fuit, quo generalium Conciliorum grauiſſima atque ſaluberrima non ſit auctoritas potentiſſimè dominata. Quam quidem illis primùm omniũ ſacroſancta Chriſti Conſeruatoris noſtri oracula tribuerunt: Sed eandem poſtea, cuius ſumma vis eſt in rebus omnibus, neceſſitudo deſiderabiliorem: &, quæ ex diuinis ipſorum decretis proficiſcebãtur, vtilitates, communi Eccleſiæ chariorem effecerunt. Roget quiſpiam: Ecquænam illa oracula? Ecquænam promiſſa? quæ? niſi illa, cum incredibili admiratione, maximáque cum animorum voluptate ſuſcipienda? Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Iterum: Qui Eccleſiam non audierit, ſit*

# ACTORVM TERTIÆ GENERALIS SYNODI,

## Tomus primus.

Complectitur hic Tomus ea præcipuè, quæ Synodum anteceſſerunt, & quaſi viam ad illam muniuerunt: Neq; enim vbi primùm Neſtorius furere cœpit, ſtatim indictũ eſt hoc Oecumenicum Cõcilium, ſed poſt multas demum cõſultationes, variasq; tractationes fruſtra illius cauſa ſuſceptas.

## Tomi primi caput primum.

### *EPISTOLA CYRILLI ad Ægypti Monachos.*

### ARGVMENTVM.

*CVM Neſtorianæ hæreſcos virus intra Conſtantinopolitanæ vrbis mœnia ampliùs ſe non contineret, ſed latiùs ſubinde ſerpens in ipſam quoq; Ægyptum peruaderet; Cyrillus Patriarcha Alexandrinus boni paſtoris officio fungens, epiſtola hac veluti prophylactico quodam pharmaco, diœceſis ſuæ ſolitarios aduerſùs pullulantem hæreſin præmunire, nec nõ in ſuſcepta ſemel fidei doctrina confirmare ſtudet. Porrò autem quòd Neſtoriani toti in hoc eſſent, vt Chriſtum purum hominem eſſe oſtenderent: atq; ideo Virginem, quæ illum in lucem ediderat, non* θεοτόκον, *ſed* χριστοτόκον *vel* ἀνθρωποτόκον *appellatam oportere enixè contenderẽt: Cyrillus diuerſam quaſi viam ingreſſus validiſsimis rationibus, grauiſsimisque cùm Scripturarum tum Patrũ quoq; auctoritatibus, non hoc tantùm, ſed verum*

depoſitum veſtrum, nempe dogmatum certitudinem; nemo perſuadeat Deum eſſe paſsibilem, neque corporis & Deitatis naturam vnam: Illa enim per ſe eſt Diuina ſubſtantia; hanc verò, corporis videlicet, ſuſcepit. Idcirco connexionem prædicamus, & non confuſionem; vnionem, non contemperationem. Deus hoc per illud, Filius hoc per illud; omnia hoc per illud; adoratur cum illo, glorificatur cum illo; & qui cum illo adunatus eſt inſeparabiliter, primitiæ appellatur noſtræ naturæ. Hæc ſeruate, & Deus pacis erit vobiſcum, adiuuans vos modo, quem ipſe nouit, cui ſit gloria in ſecula.

Iij Patres pios & fideles perſequi, quod à veritate eſt quã alieniſsimũ.

A M E N.

TOMI SEXTI ET POSTREMI MAGNI CONCILII EPHESINI FINIS.

*LAVS DEO.*

Quo ſenſu vnum effici dicamur cum Filio. 113

*Vox & Voces.*

Triplicis ordinis voces Chriſto tribuuntur. 722

Aliud eſt vocum differentiam agnoſcere, aliud hominem ſecundùm ſolâ honoris æqualitatem Verbo coniunctum eſſe dicere. 723

Cur Orientales voces ſecernāt. 724.

Perinde verè ſe habet Diuinitas ad omnia, vt vox docentis ad auditores. 903

Vox docentis tota in vno, & tota in omnibus audientibus. 903.

*Votum Virginitatis.*

Pulcheria Regina cum ſororibus perpetuo Virginitatis voto obſtricta. 71

*I. V. C.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA